semper in primo citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere, vadium praetactum luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos Succ(esso)res ad eadem omnia insenibit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium uti et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios verarij firmitate pro maiori minore nitate Succ(esso)rum Legatione intra vel extra Regnum militari servitio ad munimenta ad evictorem vel alijsquibusuis dilationibus et legalibus impedimentis, non differendo. Ad quietationem praeterea ultra proximos Officy praefati Castren Capitan Praemyslien Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasq motiones appellationes ac earum prosequtiones faciendo, et praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalis Iuris praescriptione Terrestri bello conventioneq ac alijs quibusuis Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec alio quovis modo evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Religiosus Palczewski Opockim cedit & abrenuntiat

3014 Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemyslien Religiosus in Christo Pater Frater Franciscus in Saeculo, in religione vero Bonaventura Palczewski Gnosi Sigismundi Palczewski Tribuni [illegible] cum olim Gnosa Anna de Wolstowice Sushmentowna procreatus filius Ordinis minorum Conventualium Conventus Cracovien Sancti Francisci una cum assistentia Reverendi Patris Stanislai Prochnicki Praefecti Sacrarij Conventus [illegible] ordinis Sancti Francisci Speciale commissum et mandata

cum ab adm. Rndo in Christo Patre Fratre Antonio Kolisłowicz Ar-
tium et Sacrae Theologiae Doctore Conventus Cracovien. Ordinis Minorum
Conventualium Sancti Francisci Guardiano haben. Sanus mente et
corpore exm. foro suo quovis competenti omisso et iurisdictione propria
posthabita praesenti ro Castren. Capitan. Premyslien. Iurisdictioni quoad
actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis qualitercunque
totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere
publice ac per expressum recognovit. Quia filii Recognoscenti de
bonis maternis in bonis Slesowice in Districtu Cracovien. et
Terra Zatorien. sitis et iacentibus sese extendentibus tanto
se demptem post eandem suprascriptam Gnosam Annam Lewłosko
wice Ruszymentowna matrem suam iure Divino et naturali successionis
erga alios consuccessores concernentibus per manus Generosorum
Cum Stanislai de Opolia Opoczki et Constantiae de Kuchary Con-
iugum realiter et de integro satisfactum est, ea igitur interveni-
ente satisfactione de bonis iisdem maternis quoad bona Sle-
sowice spectat in genere omnibus, in manus eorundem Gnosorum
Opoczkich Coniugum et eorum Successorum suorum perinde se cedit et con-
descendit prout cessit et condescendit praesentibus. Omneque et
integrum ius suum sibi ad praemissa serviens in personam
suprascriptorum Gnosorum Opoczkich Coniugum totaliter
et plenarie transtulit transfudit et incorporavit, prout trans-
fert transfundit et incorporat praesentibus. Nihil ex
praemissis bonis dominii proprietatis et cuiusvis competentiae
et praerogativae pro se Recognoscen. suisque successoribus aut
quopiam alio reservando seu excipiendo. Per ipsos Gnosos
Opoczki Coniuges Cessionarios suos hac eadem bona
villae Slesowice praedicta transfusa tenendi habendi possi-
dendi, illisque quiete et pacifice uti fruendi ac ad suos successorum
suorum quosvis beneplacitos usus fructus libere et efficaciter
convertendi praesentis inscriptionis cessionariis vigore.
Salvis Iuribus maternis in bonis villae Łopuszka in Terra
praesenti Premyslien. sitis et iacentibus sese extendentibus
sibi Recognoscenti pleno in robore reservatis.

2788

Erat conuenienti idem supranominatus Regnis affectauit ab eodem officio Plenipotentiam in praeceram per Admodum in Christo Reverendum Patrem Antonium Rostkowicz Guardianum Cracoviensem Sancti Francisci Ordinis Minorum Conventualium Actis praesentibus datam. Eidem inscriptioni in rationaris annecti. Quod obtinuit cuius Plenipotentiae tenor sequitur eiusmodi Frater Antonius Rostkowicz Art: et Sacrae Theologiae Doctor Guardianus Conventus Cracoviensis Ordinis Minorum Conventualium Sancti Francisci. Omnibus has lecturis vel audituris Salutem a Domino et Domini Matre sempiternam. Eos dun taxat Sacrae Religionis nostrae Franciscanae Albo inscribi vult et praecipit Regula nec non Constitutiones nostrae eos dantes qui non minus mundo sed etiam rebus et bonis suis renuntiaverunt. Huius adhuc observantia in amorem auctoritate nobis commissa ab Admodum Reverendo Patre nostro Provinciali Poloniae Commissario Generali damus praesentium tenore Dilecto nobis in Domino Fratri Bonaventurae Palcewski Clerico extra Provinciam in standi licentiam Consanguineorum suorum in oris Russiae commorantium eidemque cum assensu Reverendi Patris Franciscani Provincialis Praefati Sacerdotis Conventus nostri Cracoviensis bonis maternis seu summis pecuniariis ad se iure naturali ac haereditario devolutis disponendi eadem levandi et levatis quietandi et in bene summandis collocandi omnia demum faciendi et exsequendi prout retro scriptis exposcit ... nihilominus conditione ne huiusmodi dispositio adversetur Sacris Canonibus et Constitutionibus nostris in quorum fidem Dabantur Cracoviae in Conventu Regali Sancti Francisci die vigesima prima Augusti Anno salutis nostrae Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Frater Antonius Rostkowicz Guardianus Conventus Cracoviensis Sancti Francisci manu propria Locus Sigilli Conventus illius